



## **Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio**

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt  
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

Ab Alexandro VII. Ad Clementem X.

**Luxemburgi, MDCCXLII.**

CLV. Quod in Controversia, inter Provincias Sancti Joannis-Baptistæ, &  
Beati de Alcantara Fratrum Discalceatorum S. Francisci circa  
possessionem Conventus Murciæ, præfata Provincia S. Joannis ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74833](#)

1664.  
& 1665.ANNO  
1665.Interdict  
prout in Rub.

§. 2. Quare idem Procurator Generalis Nobis humiliter supplicari fecit, ut in premisis opportunitate providere, & ut infra indulgere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur ipsius Procuratoris Generalis votis favorabiliter quantumcum Domino possumus annuere volentes, cumque a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innovatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutum fore censemtes hujusmodi supplicationibus inclinati, ne de cetero quisquam qui è memorato Ordine Fratrum Cappuccinorum post emissam in illo professionem regularem ad aliam quacumque Religionem quomodolibet transferit, in ea Provincia in qua professionem hujusmodi emiserit, ac habitum eorumdem Fratrum Cappuccinorum publicè gestaverit, habita, seu commorari audeat quovis modo, vel præsumat, auctoritate Apostolica, tenore præsentium prohibemus, & interdicimus.

Decretum  
irritans.

§. 3. Decernentes eadem præsentes litteras semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integrös effectus sortiri, & obtinere, ac ab illis, ad quos spectat, & pro tempore quandocumque spectabit, inviolabiliter observari. Sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos etiam causarum Palati Apostolici Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane si securus fuerit a quoquaque quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Contra iis  
derogat.

§. 4. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon quorumvis Ordinum, Congregationum, & Institutionum regularium, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia robortatis, statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, & insertis habent, illis alias in suo labore permanens ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Transumpto-  
rum fides.

§. 5. Volumus autem, ut earumdem præsentium literarum transumptis, seu exemplis etiam impressis manu alicuius Notarii publici subscriptis, & sigillo alicuius personæ in Ecclesiastica dignitate constituta munitis, eadem fides adhibetur, qua præsentibus ipsis adhiberetur, si forent adhibitæ, vel ostensæ.

Dat P. An. 10.  
die 27. Dec.

Datum Roma apud Sanctam Mariam Majorem sub annulo Piscatoris, die 17. Decembris 1664. Pontificatus nostri Anno decimo.

CLV.

Quod in Controversia, inter Provincias Sancti Joannis-Baptistæ, & Beati Petri de Alcantara Fratrum Discalceatorum S. Francisci circa professionem Conventus Murciae, præfata Provincia S. Joannis Baptiste non sit amplius audienda.

Vide sup. ad Confit. hujus Pont. 69. Sacra Sanit., 98.  
Alias nos, & 129. Alias pro parte.

Edita An. D.  
1665.

ALEXANDER PAPA VII.

Ad futuram rei memoriam.

Motiva.

Nuper pro parte dilectorum filiorum Fratrum Provincie Beati Petri de Alcantara Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci Reformatorum nuncupatorum Congregationis Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, &

consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositæ exposito quod Provincia Sancti Joannis Baptiste Fratrum Reformatorum ejusdem Ordinis in Regnis Valentia, Murcia, & Granatae consistens aucta jam ad excelsum numerum Conventuum, & Religiosorum fuerat auctoritate Apostolica ex unica in duas divisæ, remanente prima sub titulo, seu Invocatione Sancti Joannis-Baptiste cum viginti octo Conventibus, & secunda sub titulo, seu invocatione Beati Petri de Alcantara cum solis novem Conventibus in Regnis Murciae, & Granatae sitis, sed exortis inter eadem diversis titulis præsertim super pertinentia Conventus Civitatis Murciae specialiter & expresse dictæ Provinciae Beati Petri de Alcantara assignati fuerant tandem à dicta Congregatione sub die 15. Septembris 1662. declaratum, & decretum spectare dictum Conventum Murciae ad ipsum Provinciam Beati Petri de Alcantara, & successivè impositum partibus perpetuum silentium, & sub acerrimi penis injuncta obedientia, & exequio, & prohibita contraventione etiam sub prætextu novi recursus ad Sedem Apostolicam, prout in ipso decreto, quod nostris in simili forma Brevis litteris die 11. Octobris ejusdem anni 1662. super illius confirmatione expeditis insertum existit, continetur.

§. 1. Et in eadem expositione subjuncto quod nuper quendam supplicè libellum nobis pro parte Fratrum dictæ Provincie S. Joannis Baptiste porrectum, quo super pertinentia prædicti Conventus Murciae iterum audit, nonobstante Decreto, & litteris nostris prædictis petebant, ad memoriam Cardinalium Congregationem remiseramus. Ideoque pro parte dilectorum Fratrum Provinciae B. Petri de Alcantara eidem Cardinalibus supplicato, ut considerantes hanc item diutius, & ad saturitatem partis agitaram, & ventilatam, ac tandem mediante iustitia ad favorem dictæ Provincie Beati Petri de Alcantara terminatam, & deinde ad fedanda scandalum, tam in illis partibus, quam inter ipsos Religiosos orta perpetuum silentium à dicta Congregatione impositum fuisse, ac post modum ad instantiam Superiorum dicti Ordinis, dictas nostras litteras confirmatorias clausula sublata &c. & Decreto irritanti munera emanasse, petitam novam audientiam hujusmodi dictis Fratribus Provincie S. Joannis Baptiste denegarent, eosque amplius non esse audiendos decernerent, emanavit ab eadem Congregatione Decreto, tenoris qui sequitur, videlicet.

§. 2. Sacra Congregatio Eminentissimorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præposita denuò ea remissione Sanctiss. D. N. in eadem Congregatione relata causa censuit standum esse in Decreto, & Provinciam S. Joannis-Baptiste super hoc negotio amplius non audiendam, quibuscumque non obstantibus. Roma quinta Decembris 1664. M. Card. Ginettus.

§. 3. Cum autem sicut prædicti Fratres Provincie Beati Petri de Alcantara Nobis subinde exponi fecerunt ipsi Decreto hujusmodi pro firmiori illius subsistentia Apostolica confirmationis nostræ robore communiri summoperè desiderent. Nos speciale ipmis Exponentibus gratiam facere volentes, & eorum singulares personas à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis à jure vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innovata existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore censemtes. Suplicationibus eorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, Decretum præsertum auctoritate Apostolica tenore præsentium confirmamus, & approbamus, illique inviolabilis

Aposto-

Confirmat  
prout in Rub.

ANNO  
1665.

ALEXANDER SEPTIMUS.

211 ANNO  
1665.

Decretum  
irritans.

Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, salva ta-  
men semper in præmissis auctoritate Congrega-  
tionis dd. Cardinalium.

Contrariis  
derogat.

§. 4. Decernentes easdem præsentes litteras  
semper firmas, validas, & efficaces existere, &  
fore, suosque plenarios, & integros effectus for-  
tiri, & obtinere, ac dictis Exponentibus plenissi-  
me suffragari, & ab illis ad quos spectat, & pro  
tempore spectabit inviolabiliter observari. Sicque  
in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios,  
& Delegatos etiam Causarum Palatii Apostolici  
Audidores judicari, & definiri debere, ac irri-  
tum, & inane, si secus super his à quoquam  
quavis auctoritate scienter, vel ignoranter con-  
tigerit attentari.

§. 5. Non obstantibus præmissis, ac Constitu-  
tionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon  
quatenus opus sit Ordinis, ac Provinciarum, &  
Conventus hujusmodi etiam juramento, confir-  
matione Apostolica, vel quavis firmitate alia ro-  
boratis, statutis, & consuetudinibus, privilegiis  
quoque, indultis, & literis Apostolicis in contra-  
rium præmissorum, quomodolibet concessis, con-  
firmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & sin-  
gulis illorum tenores præsentibus pro plenè, &  
sufficienter expressis, & insertis habentes, illis  
aliis in suo robore permanens, ad præmissorum  
effectum, hac vice dumtaxat specialiter, & ex-  
pressè derogamus, ceterisque contrariis quibus-  
cumque.

Dat. P. A. 10.  
1665.

Datum Roma apud S. Mariam Majorem sub  
Annulo Piscatoris, die 21. Januarii 1665. Pon-  
tificatus nostri Anno decimo.

CLVI.

Pro translatione Professorii Monachorum Re-  
formatorum Sancti Bernardi Ordinis Cisterciensis  
à Monasterio Sancte Pudentiane de Urbe, ad  
Monasterium Sancti Bernardi ejusdem Urbis.

Edita An. D.  
1665.

ALEXANDER PAPA VII.

*Ad futuram rei memoriam.*

Cum sicut dilectus filius Superior Provincialis  
Provincia Romana Congregationis Monacho-  
rum Reformatorum Sancti Bernardi Ordinis Cis-  
tercien. Nobis nuper expoñit fecit in Dicta genera-  
rali dictæ Congregationis mense Aprili proximè  
praterito in hac alma Urbe nostra celebrata pro  
sublevando Monasterio S. Pudentiana Urbis, &  
Congregationis hujusmodi, in quo Professorium  
cum Novitiatu conjunctum reperiebatur, decre-  
tum fuerit, idem Professorium inde ad Monasterium  
Sancti Bernardi earundem Urbis, & Congre-  
gationis, quod omnia requisita necessaria ha-  
bet, & in quo ejusmodi Professorium alias col-  
locatum fuit, accidente tamen ad id licentia Congre-  
gationis Venerabilium Fratrum nostrorum San-  
& Romanæ Ecclesie Cardinalium super statu Re-  
gularium deputata transferri debere, cupiatque  
propterea dictus Superior Provincialis opportunè  
in præmissis à Nobis provideri, & ut infra indi-  
dulgeri.

§. 1. Nos ipsum Superiorem Provincialem spe-  
cialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes,  
& à quibusvis excommunicationis, suspensionis,  
& interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, cen-  
suriis, & penitentiis à jure, vel ab homine, quavis  
occasione, vel causa latis, si quibus quomodo-  
libet innodatus existit ad effectum præsentium  
dumtaxat consequendum harum serie absolventes,  
& abfolutum fore censemtes. Supplicationibus  
eius nomine Nobis super hoc humiliter por-  
rectis inclinati, de memoratorum Cardinalium  
confilio, attensis narratis, loco prædicti Monas-  
terii S. Pudentianæ designati pro Professorio in  
Provincia Romana Congregationis Monachorum  
Reformatorum hujusmodi auctoritate Apostolica  
tenore præsentium designamus, ac deputamus

Decretum  
dieræ Gener-  
alis.

Concedit  
prout in  
Rubr.

pro Professorio prænominatum Monasterium San-  
cti Bernardi ejusdem Provincie, salva tamen sem-  
per in præmissis auctoritate prædictæ Congrega-  
tionis Cardinalium.

§. 2. Decernentes easdem præsentes litteras fem-  
per firmas, validas, & efficaces existere, & fore,  
suosque plenarios, & integros effectus fortiri, &  
obtinere, ac ab illis, ad quos spectat, & pro tem-  
pore quandocumque spectabili inviolabiliter ob-  
servari; Sicque in præmissis per quoscumque Ju-  
dices ordinarios, & delegatos, etiam Causarum  
Palatii Apostolici Audidores judicari, & definiri  
debere, ac irritum, & inane si secus super his à  
quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignora-  
nter contigerit attentari.

§. 3. Non obstan. præmissis, ac Constitutionibus  
& Ordinationibus Apostolicis, necnon quate-  
nus opus sit Congregationis, ac Provincie, &  
Monasteriorum hujusmodi, etiam juramento, con-  
firmatione Apostolica, vel quavis firmitate  
alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, pri-  
vilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis in  
contrarium præmissorum quomodolibet conce-  
ssis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus,  
& singulis, illorum tenores præsentibus pro ple-  
nè, & sufficienter expressis, & insertis haben-  
tes, illis aliis in suo robore permanens, ad præ-  
missorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter,  
& expresse derogamus, ceterisque contrariis quibus-  
cumque.

Datum Roma apud S. Mariam majorem sub  
Annulo Piscatoris, die 26. Januarii 1665. Pon-  
tificatus Nostri Anno decimo.

ANNO  
1665.

Decretum  
irritans.

Contrariis  
derogat.

Dat. P. A. 10.  
die 26. Janu.

CLVII.

Edita A. D.  
1665.

Exordium.

Exhibit formulam subscribendam ab omnibus  
Ecclesiasticis in Regnis Galliæ pro confuta-  
tione quinque Propositionum Cornelii Jan-  
senii &c.

ALEXANDER EPISCOPUS.

Servus Servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.

R Egiminis Apostolici divina providentia Nobis,  
quamvis immeritis, commissi ratio postulat,  
ut ad ea potissimum, quæ Catholice Religionis  
integritati, & propagationi, animarumque sa-  
luti, & fidelium tranquillitati consulere apta, &  
idonea esse judicantur, animum, & curam om-  
nem, quantum licet in Domino applicemus.

§. 1. Quidam Cornelii Jansenii hæresim  
in Galliis præsertim serpentem ab Innocentio X.  
fel. rec. Prædecessore nostro ferè oppresam ad  
instar Colubri tortuosæ, cuius caput attritum est,  
in variis gyros, & cavillationum deflexus eun-  
tem singulari Constitutiones ad hunc finem edita  
altero assumptionis nostre anno extingue re-  
natui fuimus: sed ut multiplices hostis hominum  
generis artes adhiberet, nondum plenè conse-  
quimus, ut omnes errantes in viam salutis re-  
dirent qui tamen unicus erat votorum, & cura-  
rum nostrarum scopus, quibus operam, & indu-  
striam suam egregio sanè studio Venerabiles fra-  
tres nostri Archiepiscopi, & Episcopi Regni Gal-  
lie earundem Constitutionum Apostolicarum ex-  
ecutioni præcipue intenti contulerunt, & Charissi-  
mus in Christo filius noster Rex Christianissimus  
singulari pietate auxiliarem dexteram strenuo,  
ac constantissimo animo porrexit.

§. 2. Cum autem præfatus Rex Christianissi-  
mus eodem Religionis zelo ductus per suum in  
Urbe Oratorem Nobis significari, exponique cu-  
raverit, nullum aliud oportunius remedium pes-  
tiferæ hujus contagionis reliquis extirpandis ad-  
hiberi posse, quam si omnes certam formulam  
subscriberent nostra auctoritate firmatam, in qua  
quinque propositiones ex Cornelii Jansenii libro,  
cui titulus, Augustinus, excerptas, sincere dam-